



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXIII. Vtrùm teneatur homo peccatum originale, in quo conceptus est,  
co[n]fiteri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

Dum verò tandem additur, virtute clauium Ecclesiæ obtinendam, designatur Iudex; nempe proprius Sacerdos, qui virtute clauium, reum absoluit.

*Quænam est Materia Confessionis?*

*Quæstio*

XXIII.

*Responsio.*

**M**ateria Cōfessionis duplex est, Propinqua, & Remota; sicut in statuis confandis, propinqua materia est metallū, aqua verò remota.

Remota materia sunt poenitentis peccata, quatenus tamen detestanda, & reiicienda sunt, non quatenus amplectenda. At quāuis ea poenitēs detestetur; materiam tamen præbent Confessionis faciendæ: Nam & mali corruptiq; in corpore humores pharacis adhibendis materiam præbent, vt expellantur è corpore, non vt permaneant.

Proxima autem materia, sunt actus ipsius poenitentis, nimirum, cōtritio, Confessio & Satisfactio, cum de præteritis sceleribus contritus, firmo etiam proposito, non solum à peccatis omnibus abstinendi, verumetiam de illis satisfaciendi, ad Confessionem accedit. Actiones ergo poenitentis, materia huius sacramenti sunt, & eiusdem quoque partes integrantes.

*Tenetur ne homo originale peccatum, in quo conceptus est, confiteri?*

*Quæstio*

XXIIII.

Origi-

## Caput II. De Materia

*Responſio.* **O**riginale peccatum Confessionem nequam obnoxium est, etiamſi homo ad adultam peruenerit aetatem: Sola enim ea scelera sub Confessionem cadunt, quae sunt personae alicuius propria, ac voluntate propria commissa, quale non est originis peccatum. Est enim non alicuius personae proprium peccatum; sed commune naturae vitium, nec est propria voluntate, sed aliena contractum. Igitur ad sui remissionem actum personalem non exigit, sed potest per alterius actum remitti, puta, per ablutionem Baptifimalem.

**SECUNDO**, idem probatur; quia pro originali peccato, nemo luit poenam sensus, ut equidem existimo. Igitur non est necessarium, de originali poenitere, nec illud vocaliter confiteri; quandoquidem Confessionis vocalis, de qua loquimur, inter alias, quas habet, conditiones, una est, ut sit lachrymabilis, id est, ex cordis poenitentia procedens.

**TERTIO**, quia originale peccatum, suo peculiari expiatur Sacramento; nimirum Baptifimo, idque tanta cum efficacia, ut omnis culpa & poenae reatus prorsus tollatur, ac proinde ad eius remissionem non fit aliud Sacramentum necessarium.

*Quaestio* **Suntne peccata, ante Baptifimum commissa, necessario confitenda?**

**XXV.**

Non: